Messe de Sainte Anne, Patronne principale des Bretons – VOM

Propre des diocèses bretons 1951

RENNES.

Voir Propre des Saints

LE 21 JUILLET

Saint Thénénan, Évêque et Confesseur

QUIMPER. — *Double (Orn. blancs)*

Né probablement en Grande-Bretagne, Saint Thénénan vint en Armorique et s'installa sur les bords de l'Élorn, non loin de Landerneau pour y vivre en ermite. Plus tard il aurait succédé à Saint Goulven sur le siège épiscopal de Saint-Pol-de-Léon. Il mourut vers le milieu du VIIe siècle. Saint Thénénan est le patron de Plabennec, La Forest-Landerneau et Guerlesquin.

Messe : Sacerdótes tui, *du Commun d'un Confesseur Pontife, avec mémoire de Sainte Praxède V. M.*

LE 26 JUILLET

Sainte Anne, Mère de la Sainte Vierge et Patronne principale de la Bretagne

Double de 1ère Classe, avec octave commune — (Orn. blancs)

Nulle part sainte Anne n'est aussi honorée qu'au pèlerinage qui porte son nom près d'Auray. Ce pèlerinage depuis longtemps oublié (VIIe siècle ?) se renouvela en 1624, et devint célèbre non seulement en Bretagne mais dans toute la France. — Ce fut à l'occasion des faits merveilleux qui se produisirent à cette époque près d'Auray et dont Yves Nicolazic, laboureur de Pluneret, fut le témoin. On retrouva une ancienne statue de sainte Anne qui fut bientôt l'objet de la vénération publique. La chapelle bâtie à l'aide des offrandes des fidèles devint le centre d'un pèlerinage célèbre. Cette chapelle fut agrandie et confiée aux Carmes qui y bâtirent un couvent et la desservirent jusqu'à la Révolution. Après la paix religieuse le culte de sainte Anne fut restauré et la dévotion à l'aïeule du Christ attire toujours à Auray un grand nombre de pèlerins. La vénérable statue a disparu dans la tourmente révolutionnaire, sauf un morceau de la figure qu'on voit dans le piédestal de la nouvelle

statue. — La Bretagne a choisi sainte Anne pour sa patronne. Prions-la de protéger son peuple qui lui est si dévoué.

Introît. — Réjouissons-nous tous dans le Seigneur, en célébrant cette fête pour honorer la bienheureuse Anne : les Anges se réjouissent de cette solennité et en glorifient le Fils de Dieu.
Ps. De mon cœur jaillit un cantique ; c'est au Roi que j'adresse mes chants. ℣. Gloire au Père.

Intr. — Gaudeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub hónore beátæ Annæ : de cujus solemnitáte gaudent Angeli, collaudant filium Dei.
Ps. 44, 2. Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. ℣. Glória Patri.

Collecte. — O Dieu, qui avez daigné accorder à sainte Anne la grâce de donner le jour à la Mère de votre Fils unique, faites, dans votre miséricorde, que nous soyons protégés auprès de vous par l'intercession de celle dont nous célébrons la fête. Par le même N. S.

Oratio. — Deus, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Fílii tui mater éffici mererétur : concéde propítius, ut cujus solémnia celebrámus, ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúndem Dóminum.

Lecture du Livre de la Genèse, 26, 2-5

EN CES JOURS-LA, le Seigneur apparut à Isaac et lui dit : Ne descends pas en Égypte, mais demeure dans la terre que je te dirai : séjourne dans ce pays, je serai avec toi, et je te bénirai. C'est à toi et à ta race que je donnerai toutes ces contrées, accomplissant le serment que j'ai fait à Abraham ton père. Et je multiplierai ta race comme les étoiles du ciel, et je donnerai à ta postérité tout ce pays ; en ta descendance seront bénies toutes les nations de la terre, parce que Abraham a obéi à ma voix, qu'il a gardé mes préceptes, mes cérémonies et mes commandements.

Graduel. — La grâce est répandue sur tes lèvres. Aussi le Seigneur t'a bénie à jamais. ℣. Je répandrai mon Esprit sur la descendance, et ma bénédiction sur ce qui naîtra de toi.

Grad. (Ps. 44, 3). — Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. ℣. Effúndam Spíritum meum super semen tuum, et benedictiónem meam super stirpen tuam.

Allelúja, allelúja. ℣. O felix Anna, peperísti Prolem, quæ erat paritúra mundi Redemptórem. Allelúja.

Alléluia, alléluia. ℣. O bienheureuse Anne, vous avez engendré l'enfant qui devait donner naissance au Rédempteur du monde. Alléluia.

Évangile de la Généalogie, *comme à la fête de la Nativité de la Sainte Vierge (8 septembre).* — Credo.

Offert. (Ps. 44, 10). — Filiæ regum in honóre tuo : ástitit Regina a dextris tuis in vestítu deauráto, circúmdata varietáte.

Offert. — Des filles de Roi t'honoreront ; la Reine se tient à ta droite, glorieusement parée.

Secrète. — Apaisé par ces sacrifices, daignez, Seigneur, nous écouter avec bonté, afin que, par l'intercession de sainte Anne, mère de celle qui a mis au monde votre Fils N. S. J.-C., ils nous procurent une dévotion plus ardente et nous assurent le salut éternel. Par le même N. S.

Préface des Saints.

Comm. (Ps. 44, 3). — Exsultábit cor meum in salutári tuo, cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. Allelúja.

Comm. — Mon cœur tressaillira de l'approche de ton salut. Je chanterai le Seigneur qui a été si bon pour moi. Alléluia.

Postcomm. — Fortifiés par ces sacrements célestes, nous vous demandons humblement, ô Seigneur notre Dieu, que, par l'intercession de sainte Anne, mère de celle qui a enfanté votre Fils, nous méritions de parvenir au salut éternel. Par le même N. S.

LE 28 JUILLET

Saint Samson, Évêque et Confesseur

Double majeur (Orn. blancs)

Né au pays de Galles vers 480, Saint Samson fut élevé par le grand Saint Iltud et se fit moine. Après avoir gouverné quelques années un monastère et reçu l'ordination épiscopale, il passa en Armorique, sans doute en 522. Là, devenu évêque de Dol, il consacra toutes ses forces à l'évangélisation de la Domnonée, et y exerça une très grande influence, tant dans la vie publique du pays comme conseiller du Roi Judual, que dans la vie de l'Église. Il devint célèbre par sa bonté, ses vertus et ses miracles. Il mourut probablement en 565.

La Bretagne l'honore comme l'un de ses Sept Saints.

Messe : Státuit, *du Commun d'un Confesseur Pontife, excepté les Oraisons :*

Supplément au missel romain de Quimper - 1897

DIE IX

SANCTI GOLVINI

EPISCOPI ET CONFESSORIS

Missa. Státuit. *de Comm. Conf. Pont.*

DIE XI

SANCTI TURIAVI

EPISCOPI ET CONFESSORIS

Missa. Sacerdótes. *de Comm. Conf. Pont.*

Commem. S. Pii Papæ et Mart.

DIE XXI

SANCTI TENENANI

EPISCOPI ET CONFESSORIS

Missa. Sacerdótes. *de Comm. Conf. Pont.*

Commem. sanctæ Praxedis Virg.

DIE XXVI

SANCTÆ ANNÆ

MATRIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Introitus.

GAUDEÁMUS omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Annæ : de cujus solemnitáte gáudent Angeli, et colláudant Filium Dei. *Ps.* 44. Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. ℣. Glória Patri. Gaudeámus.

Oratio.

DEUS, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Filii tui mater éffici mererétur : concéde propítius; ut cujus solémnia celebrámus, ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Léctio libri Génesis. *Gen.* 26.

IN diébus illis : Appáruit Isaac Dóminus, et ait : Ne descéndas in Ægýptum, sed quiésce in terra quam díxero tibi. Et peregrináre in ea, eróque tecum et benedícam tibi : tibi enim et sémini tuo dabo univérsas regiónes has, complens juraméntum quod spopóndi Abraham patri tuo. Et multiplicábo semen tuum sicut stellas cæli : dabóque pósteris tuis univérsas regiónes has : et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedíerit Abraham voci meæ, et custodierit præcépta mea, et ceremónias, legésque serváverit.

Graduale. Ps. 44. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. ℣. *Is.* 44. Effúndam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiónem meam super stirpem tuam.

Allelúia, allelúia. ℣. O felix Anna, peperísti prolem, quæ erat paritúra mundi Redemptórem. Allelúia.

℟ Initium sancti Evangélii secúndum Matthæum. *Matth.* 1.

LIBER generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac áutem génuit Jacob. Jacob áutem génuit Judam et fratres ejus. Judas áutem génuit Phares et Zaram de Thamar. Phares áutem génuit Esron. Esron áutem génuit Aram. Aram áutem génuit Aminadab. Aminadab áutem génuit Naásson. Naásson áutem génuit Salmon. Salmon áutem génuit Booz de Rahab. Booz áutem génuit Obed ex Ruth. Obed áutem génuit Jesse. Jesse áutem génuit David regem. David áutem rex génuit Salomónem ex ea quæ fuit Uriæ. Sálomon áutem génuit Róboam. Róboam áutem génuit Abíam. Abías áutem génuit Asa. Asa áutem génuit Jósaphat. Jósaphat áutem génuit Joram. Joram áutem génuit Oziam. Ozías áutem génuit Jóatham. Jóatham áutem génuit Achaz. Achaz áutem génuit Ezechíam. Ezechías áutem génuit Manássen. Manásses áutem génuit Amon. Amon áutem génuit Josíam. Josías áutem génuit Jechoníam, et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratiónem Babylónis: Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel áutem génuit Zoróbabel. Zoróbabel áutem génuit Abiud. Abiud áutem génuit Eliacim. Eliacim áutem génuit Azor. Azor áutem génuit Sadoc. Sadoc áutem génuit Achim. Achim áutem génuit Eliud. Eliud áutem génuit Eleázar. Eleázar áutem génuit Mathan. Mathan áutem génuit Jacob. Jacob áutem génuit Joseph virum Maríæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus.

Offertorium. Ps. 44. Filiæ regum in honóre tuo : ádstitit regina a dextris tuis in vestítu deauráto, circúmdata varietáte.

Secreta.

SACRIFÍCIIS præséntibus, quæsumus Dómine, placátus inténde : ut per intercessiónem beátæ Annæ, quæ Genitrícis Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mater éxstitit, et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per eúmdem Dóminum.

Communio. Ps. 12. Exsultábit cor meum in salutári tuo : cantábo Dómino qui bona tribuit mihi, allelúia.

Postcommunio.

CÆLÉSTIBUS sacraméntis vegetáti, quæsumus Dómine Deus noster : ut intercessióne beátæ Annæ, quam Genitrícis Filii tui matrem esse voluísti, ad ætérnam salútem pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

DIE XXVII

SANCTI SAMSONIS

EPISC. ET CONF.

Introitus. Eccli. 45.

STÁTUIT ei Dóminus testaméntum pacis, et principem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dignitas in ætérnum. *Ps.* 131. Meméntо Dómine David : et omnis mansuetúdinis ejus. ℣. Glória Patri. Státuit.

Oratio.

DEUS, qui étiam longínquis et remótis ad mare regiónibus beáti Pontíficis Samsónis ministério glóriam tuam prædicári voluísti : ejus méritis et intercessióne concéde; ut quæ pro consequénda salúte, faciénda edócuit, digno evangélicis promissis effectu adimplére valeámus. Per Dóminum.

Commem. Oct. sanctæ Annæ et S. Pantaleonis Mart.

Léctio libri Sapiéntiæ. *Eccli.* 44.

ECCE sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus crescere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiónibus suis : conservávit illi misericórdiam suam, et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum, et dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdótium magnum, et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére láudem in nómine ipsius, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

Graduale. Eccli. 44. Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. ℣. Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Allelúia, allelúia. ℣. *Ps.* 109. Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchisedech. Allelúia.

℟ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. *Matth.* 10.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Eúntes prædicáte, dicéntes : Quia appropinquávit regnum cælórum. Infirmos curáte, mórtuos suscitáte, leprósos mundáte, dæmones ejícite : gratis accepístis, gratis date. Nolíte possidére áurum, neque argéntum, neque pecúniam in zonis vestris : non peram in via, neque duas túnicas, neque calceaménta, neque virgam; dignus enim est operárius cibo suo. In quamcúmque áutem civitátem, aut castéllum intravéritis, interrogáte quis in ea dignus sit : et ibi manéte donec exeátis. Intrántes áutem in domum, salutáte eam, dicéntes : Pax huic dómui. Et si quidem fúerit domus illa digna, véniet pax vestra super eam : si áutem non fúerit digna, pax vestra revertétur ad vos. Et quicúmque non recéperit vos, neque audíerit sermónes vestros, exeúntes foras de domo, vel civitáte, excútite púlverem de pédibus vestris.

Offertorium. Ps. 88. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei, et brachium meum confortábit eum.

Secreta.

DEUS, qui cum munéribus nullis indígeas, ipse nobis múnera cuncta largíris : áccipe propítius quæ de tuis donis tibi nos offérre voluísti, et beáti Samsónis Antístitis intercessióne præsta; ut exúberans in nobis tui grátia sacraménti, donis suis ipsa nos dignos efficiat. Per Dóminum.

Commem. Oct. sanctæ Annæ et S. Pantaleonis Mart.

Communio. Luc. 12. Fidélis servus et prudens, quem constituit dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram.

Postcommunio.

PLEBS tua, Dómine, sacraméntis purificáta cæléstibus, et beáti Samsónis Pontíficis adjúta suffrágiis, quod sumit, intélligat : quod gustu delíbat, móribus apprehéndat ; quod justis oratiónibus éxpetit, tua miseratióne percípiat. Per.

Commem. Oct. sanctæ Annæ et S. Pantaleonis Mart.

DIE XXX

SANCTI GUILLELMI

EPISC. ET CONF.

Missa. Sacerdótes tui. *de Comm. Conf. Pont.*

Missa
locis.

S

Missa.
Pont.
Commem

DOMIN

PURISS

Missa u
Dominica
nica post O

FEST

S.

Missa. O
Pont.

FES